

## ADATTÁR.

### CSOKONAI COLLEGIUMI PÖRE.

Csokonai halálának száz éves fordulója tette irodalmilag emlékezetessé jelen évünket. A nagy költő emlékezetére rendezett ünnepek, a sok irodalmi megemlékezés lefújták a port, mely egy teljes évszázad rengeteg ideje alatt bizony ráarakodott költészetére. Minden költészetét, egyéniségét, változatos életének részleteit illető adat kétszeresen érdekeltő most.

Különösen érdekesek a Debreczenben töltött tanulóéveire vonatkozó adatok, mert világot vetnek egyéniségének kialakulására s azon viszonyokra, melyek között később oly nagyra fejlődött költészetének gyökerei ágaznak el.

Az alább következő adatok deákpályájának végére, azon nevezetes pörre vonatkoznak, melynek eredménye, mint tudjuk, Csokonai végleges távozása volt. Ez a pör volt életének legelhatározóbb fordulópontja; határmesgye a gondtalan deákévek és a nehéz gondok, küzdelmek keserű évei között.

E pör jegyzőkönyvének érdekességét és irodalomtörténeti fontosságát bizonyítanom fölösleges. Elég csupán arra hivatkoznom, hogy a többi között e jegyzőkönyvben található Csokonainak egy maga fogalmazta latin nyelvű kérvénye, mely eddigelé sehol közölve nem volt.

Maga a jegyzőkönyv a debreczeni ev. ref. Collegium levéltárában van elhelyezve. Egész ivrét nagyságú, bőrbe kötött vaskos kötet, sarkán *Acta judicialia* jelzéssel. Tartalmazza 343 lapon az iskolai törvényszék (Sedes scholastica) rendes (ordinaria) és rendkívüli (extraordinaria) üléseinek jegyzőkönyvét az 1792—1796 közötti évekről. Minden egyes iskolai évben az azon évre választott senior kezeírásában, mint a ki egyszerűsmind az iskolai törvényszék jegyzője volt. Kívül czímzés nincsen, első lapján Sárvári Pál senior kezeírásában ez olvasható: *Continuatio Actorum*

Sedis Scholasticae in Collegio Reform. Debrecinensi a die 5<sup>a</sup> Maji Anni 1792. Seniore Paulo Sárvári.<sup>1</sup>

Beszámol még a legcsekélyebb iskolai mulasztásokról is, valamint az értők kiszabott büntetésekről, úgy, hogy a debreczeni főiskola fegyelmi állapotának azon korból a legteljesebb képét adja.

Csokonai a jegyzőkönyvek tanúsága szerint egészen az 1794 decz. 6-án tartott gyűlésig a legjobb viseletű bentlakók közé tartozott, a mennyiben a Sedes csupán egy pár jelentéktelen mulasztásban találta vétkesnek, melyekért a legenyhébb büntetésnemet róttá ki reá. Csokonai tehát egészen szerencsétlen pörének kezdődéseig éppen nem volt az a hanyag, féket nem tűrő deák, a kinek a közfelfogás tartja. Öcscse, József, ugyane jegyzőkönyvek tanúsága szerint, sokkal inkább rászolgált erre a hiedelemre, mert alig múlt hét, hogy valamivel vádolva a Sedes elé ne került volna.

A teljesség kedvéért felsorolom azon helyeket is, melyek Csokonairól a pörét megelőző időkből emlékeznek meg.

1. Sessio XIV. Ordinaria ad d. 19. Jan. 1793.

Cāā. I. Praelectionem publicam neglexerunt prima vice: J. P. Szathmári, Mich. Csokonai, admoniti sunt.

2. Sessio XVI. Ordinaria ad 26. jan. 1793.

Cāā. 3. Praelectionem publicam secunda vice neglexerunt: Josephus Szilágyi, Mich. Csokonai, Sam. Konti, Gabr. Vámosi, publice corripientur.

3. Sessio IXa ord. ad d. 29. juni. 1793.

Cāā. XV. Templum diebus profestis neglexerunt Franc. Váli . . . Michaël Tsokonai . . . etc. quadridui clausura puniti.

4. Sessio XI. ord. ad d. 7. sept. 1793.

Preces publicas neglexerunt: Samuel Teleki, Michael Csokonai . . . etc. quadridui clausura puniti.

Ezen utolsó esettől kezdve egy teljes éven át 1794 decz. 6-ig egyetlen egyszer sem került a Sedes elébe Csokonai, tehát teljesen kifogástalan magaviseletet tanúsított. Csakis ez magyarázza meg azt, hogy 1794 tavaszán a publicus praeceptorsággal bízták meg és pedig a publicus praeceptorokra bízott osztályok közül a legfelsőbbben, a poéták classisában.

Mint köztanító került azután összeütközésbe felsőbbségével, első sorban a köztanítók működésére felügyelő classium inspectorral, Szilágyi Gábor professzorral. Ezen összeütközéssel kapcsolatos pörnek teljes, részletes képét tárják föl az alább közölt jegyzőkönyvek, melyek ha nem is classicus, de eléggé jól folyó latinsággal hűséges pontossággal számolnak be a tárgyalás menetéről.

\*

<sup>1</sup> Magyarra fordítva és megrövidítve közölte Sárvári a Kisfaludy-Társ. Évlapjai Régi f. VI. (1846.) 391—411. l.

*Sessio Ordinaria VIII habita est ad d. 6 Decembris 794.*

Præsentibus Cl. D. Gabriele Szilágyi Professore, Cl. D. Stephano S. Kotsi Rectore; nec non Assessoribus Sedis, Samuele Jenei Seniore, Josepho Lengyel Csba, Jos. Szikszai, Josepho Lukáts, Sam. Nagy, Steph. Nagy, Joan. Angyán, Georg. Fazekas, Gabr. Nagy, Joan. Karika, Alex. Laki, Mich. Budai, Petro Már, Juratis.

In hac Sessione sequentes causae decidebantur.

Cãã. 1. In templum diebus Dominicis raro cum Discipulis suis prodire solet, nuper die Solis Discipulos suos ad seram noctem in classe detinuit, quin alios etiam modo plures, modo pauciores ex Discipulis suis noctu in Classe sua delitescere, ibidemque fumare, vinumque bibere permittit: *Michael Csokonai*.

Auditus de his ipse fuit Michael Csokonai, et ad 1. accusationis punctum respondit, se propter morbum pristinum, corporisque, ac sanguinis sui constitutionem, Templum frequentare non posse, quae scilicet continuam corporis commotionem, agitationempue requirit; inde etiam esse, quod idem in uno eodemque loco sedere per horam, tanto magis per totum cultum Divinum non valeat; accedit praeterea inquiebat, quod fortiolem cantum, qualis in Coetu Sacro esset, ferre propter eundem morbum non posset.

Ad 2. et 3. Fassus est se cum Discipulis suis in Classe ultra horam 10. mansisse, alios vero eosdem in Classe fumigasse, et vinum bibisse. Intellectis ita Michaëlis Csokonai partim excusatione, partim fassione: Deliberatum est:

1. Dictum Michaëlem Csokonai, propter toties neglectum Templum, hac vice graviter increpandum, ac corripiendum esse, quod et hac stante Sessione factum est: injunctum etiam ipsi fuit, ut adductis de eo Literis Testimonialibus ab aliquo Medicinae Doctore, doceat, se eo morbo laborare, qui cultui sacro eundem interesse plane non permetteret; id quod probabile visum non fuit Sedis Scholasticae,

2. quod ultra horam 9 in classe manserit, secundum legem 18. *De Moribus Studiosis* duorum Juvenum degradatione puniendum: quod denique

3. Discipulos suos in Classe ad seram noctem detentos, ibidem computare ac fumare permiserit, pariter duobus Juvenibus degradandum; addito eo, quod si vel simplici vice in similibus deprehensus fuerit, vel Pueros in Classe, post privatam Institutionem, detinuerit, ab Officio amovendum eundem esse.

*Sessio X. Extraordinaria habita est die 17<sup>o</sup> Decembris 794.*

Præsentibus Plurimum Reverendis Dominis Georgio Szikszai, et Andrea Gál: item Spectabilibus Dominis, Emerico Domokos, Samuele Simonfi, et Stephano Tikos, qua V. Consistorii, Ecclae Debrecinensis, ad cognoscendam, et decidendam Michaëlis Csokonai Studiosi Togati Causam, Deputatis; nec non Clarissimis Dominis Professoribus Gabriele Szilágyi, Stephano S. Kotsi Rectore, et Esaia Budai, caeterisque Sedis Scholasticae Assessoribus, Samuele Jenei Seniore, Josepho Lengyel Contrascriba, Josepho Szikszai, Josepho Lukács, Samuele Nagy, Stephano Z. Nagy.

Joanne Angyán, Gabriele Nagy, Georgio Fazekas, Joanne Karika, Alexandro Laki, Michaële Budai, et Petro Már Juratis.

Posteaquam d. 16<sup>a</sup> Mensis currentis A. 794 V. Consistorio Ecclesie Debrecinensis de variis excessibus Michaëlis Csokonai Studiosi Septimi anni, simulque hoc tempore Poeseos Praeceptoris per Cl. Professorem Gabrielem Szilágyi relatum fuisset; idem vero V. Consistorium praefatam V. Deputationem ordinasset, eadem V. Deputatio in Investigatione Caeae dicti Michaëlis Csokonai sequentem in modum processit, nempe:

Michaëli Csokonai citato, generatim objectum est; Eum Legibus, et institutis hujus Scholae multifarie contravenire, Sedis Scholasticae monitis non obtemperare, mores Discipulorum suorum corrumpere, legali suo Superiori, nimirum Cl. Dno Gabrieli Szilágyi, proximis diebus scripto quodam satyrico, et dictis factisque turpiter illudere, atque insultare veritum non fuisse.

Ad haec ille declaravit, se iam in Caa sua repraesentationem Plurimum Reverendo Domino Superintendenti exhibuisse, quare se scire velle, an V. Deputatio Judicem in sua Causa agere velit? ad quod Deputatio regessit, non esse ipsius Judicium de eo examinare; Deputationem, quid agere, et quomodo procedere debeat, nosse; ipsius officium esse, ut ad quaestiones sibi proponendas directe, et sine extravagatione respondeat: neque etiam V. Superintendentiam, causam ejus prius assumpturam, quam ea in foro Scholastico, cognita, ac decisa fuerit. Posthaec Michaël Csokonai excepit contra Judicatum Cl. Dni Gabrielis Szilágyi, eo quod partes et Judicis, et accusatoris simul agere non posset; atque eundem Judicatum Juratis etiam competere negavit, si quidem Cl. Professor Gabriel Szilágyi coram Spectabili D. Collegii Curatore Stephano Tikos, Juratos, infesto adversus ipsum animo, nuper declaravisset. Tum Cl. D. Professor respondit: se coram Spectabili Curatore, nihil aliud dixisse, quam plerosque Studiosos, ut et Juratos, Michaëli Csokonai propterea indignari, quod se Legibus Collegii accommodare plane nolit, idemque se ipsi etiam Michaëli Csokonai privatim jam indicasse. Atque hoc, testimonio suo Spectabilis etiam D. Curator affirmavit. Postquam vero per Deputationem declaratum Michaëli Csokonai fuisset, de sententia ferenda nondum agi, sed Deputationem, una cum Sede Scholastica ad investigationem procedere velle, adeoque ipsius esse, ut ad interrogata responderet: petiit is, ut quae proxime sibi objecta fuissent, nunc per partes proponerentur. Quare

1<sup>o</sup> obiiciebatur: Eum Preces Scholares plane non frequentare.

Resp. Id verum esse, sed alios etiam esse, quorum ille exempla secutus sit, partim nempe Condiscipulos, partim vero Majores.

Quaerebatur: Quos per Majores intelligeret?

Resp. Eos inquit, quos hic praesentes intueor, et qui sunt Judices mei constituti.

2<sup>o</sup> Obiiciebatur: quare Cultui Sacro interesse non soleat?

Resp. Iam inquit partim excusatus, partim etiam punitus propterea sum, ut adeo jam actum agatur.

3<sup>o</sup> Obiiciebatur: Injunctum ei esse in Sententia Sedis Scholasticae

ad d. 6. Decembris pronunciata, ut Doctoris Medicinae testimonio probaret, se ejusmodi morbo laborare, qui ipsum Divino Cultui interesse non permittat, cur itaque id facere neglexisset?

Resp. Ideo inquit, quod Cl. D. Gabriel Szilágyi dixerit; me etiamsi id fecissem, excusandum minime fore.

Verum Cl. D. Gabriel Szilágyi respondit, id a se dictum non esse, sed hoc; vel illud Testimonium, ab eo Instructionis puncto, quo Praeceptores Publici cum Classibus suis in Templum prodire jubentur, immunem ab hoc officio Dnūm Csokonai non redditurum, nisi hanc domi remanendi necessitatem pridie Classium Inspectori significavisset.

4<sup>o</sup> Obiiciebatur: Quod solitarius sine Tessera Cl. Rectoris Collegio egredi soleat.

Resp. Alias inquit non feci, nisi cum pro invisendis Discipulis ad eorum hospitia me contuli, nec speravi, me semper socium nacturum, quotiescunque id facere constituissem.

Quaerebatur: Cur Tesseram exeundi non petiit?

Resp. Tesseram inquit toties petere nolui, quod vulgare, et commune esse existimavi, Praeceptorum sine socio, et absque Tessera exire, cum id et alii plerique faciant. Neque etiam Dno Contrascriba in eodem cubiculo, necum habitanti, tot vicibus molestus esse volui, ut qui semper illo praesente exierim.

Interrogatus itaque super hoc D. Csba, respondit: Dnum Csokonai a se Tesseram exeundi haud petiisse, et licet eum Domo egredientem saepe vidisset; locum ad quem tenderet ignoravisse: alios vero Studiosos, vel cum Tessera sua solitarios, non nisi ad Sp. D. Patronos, v. Cl. Dnos Professores exire solere.

5<sup>o</sup> Obiiciebatur: Memoratum jam saepe Michaëlem Csokonai, Symposium in Classe, tempore examinis Autumnalis celebrasse.

Resp. Feci inquit ex vino, a Discipulorum meorum Parentibus misso.

6<sup>o</sup> Obiiciebatur: Eum viduam quandam Mulierem Somogyianam, inhoneste tractavisse.

Resp. Nego.

Quaerebatur: An mulieri isti haec verba nunciaverit: Kurvannya kofájának mond meg, tsinálja jobban a' Vetreztét, ne tegyen belé annyi hagymát.

Resp. Hic quoque inquit actum agitur; id a me nunciatum non est; fieri tamen potest, ut sub prandio, aut coena, tale quidpiam mihi prae indignatione exciderit, cum valetudinarius fuerim medicamentisque ex praescriptione Medicinae Doctoris usus sum, nec aliud praeter assam carnem per diem totum edere potuerim. Atque haec sunt motiva illa, ex quibus Dnae Somogyianae, ut cibum iam dictum curatius pararet, nunciandum curavi.

Quaerebatur: Per quem nuncium hoc ad Somogyianam perlatum sit?

Resp. Per famulum inquit Josephi Szeles Studiosi, Martinum Vas. Qui interrogatus haec fassus est:

Csokonai Uram azt izente Somogyiné Asszonyomnak, hogy jobban tsinálja a' vetretzét, mert külömben másuvá viszik tsináltatni; ere azt

kérdezte, hogy ki nem szereti a' Deákok közzül a' vetretzét; én megmondottam, hogy Csokonai Uram; ara azt mondotta: meg eheti azt olyan ragyás ember, mint Őkeme a' ragyás P-ából esett szájával, más embernek is tsináltam már én Vetretzét, még is nem pirúlt meg az ortzám miatta.

Quaerebatur: Hát azt izente é, hogy kurvannya kofája, tsinállya jobban a' vetretzét, ne tegyen annyi hagymát belé?

Resp. Azt senki sem izente, hanem beszélték a' Deákok egymás között, 's a' mit hallottam, azt találtam megmondanni Somogyiné Asszonyomnak.

7<sup>o</sup> Obiiciebatur: Generosum D. Andream Király, uti hoc literae ejus ad Cl. D. Gabrielem Szilágyi data docent, gravi iniuria adfecit.

Resp. Nego; nisi D. Király, id eo interpretari velit, quod filium ejus, Classem Poetarum frequentantem, qui nec Examini Publico interfuit, nec ad 1. Novembris, tempus scilicet diligentiae rediit; juxta instructionem Cl. Dni Classium Inspectoris, non recepi, verum ex Classe exire jussi. At is secus etiam, tam quoad studia, quam quoad mores est depravativissimus; de quo Praeceptor anni praeteriti, D. Alexander Laki, testimonium perhibere poterit.

Interrogatus D. Alex. Laki; idem de Király is testatus est.

8<sup>o</sup> Obiiciebatur: Dnum Csokonai, saepius in Classe pernoctare, et Discipulos ibidem detinere solere.

Resp. Non nego; verum id ut facerem necesse fuit; cum enim dormire saepe prorsus non possim, sed vel invitus lucubrare debeam; id vero Contubernalibus meis molestum futurum sciverim: in Classem me conferre debui ubi praesentia Discipulorum meorum, duorum, triumve, sermones mecum miscentium, magno mihi, qui curis variis macerarer, fuit levamini. Neque tamen omnia mea lectisternia, sed unum tantum, alterumque pulvinar, in Classem curavi transferri.

Quaerebatur: Quinam illi essent, quos ex Discipulis suis, ad se ut plurimum curavisset vocandos?

Resp. Multos; imprimis tamen illos, qui proximi Collegio habitarent: nocte superiori Josephus Győri, et Ladislaus Rhédei fuerunt, cum quibus tempus fallebam.

Quaerebatur: Proprione motu Discipuli hi Dnum Csokonai adiiissent; an ipse semper eos vocandos curavisset?

Resp. Saepe eos ipse venire jussi; nonnunquam etiam non vocati, me convenerunt, ut noctem aut totam, aut partem ejus majorem mecum extraharent, cum in doles mea, iam dicta, bene illis esset cognita.

Quaerebatur: Cur ab hoc faciendo non destitisset, cum jam aliquoties, partim privatim, partim publice super eo monitus esset?

Resp. Hoc inquit aliter a me fieri nequit, et quamdiu mihi facultas in Collegio manendi, et Praeceptoratu fungendi non subtrahetur; idem facturus, alias mihi Collegio excedendum erit.

Quaerebatur: A quonam tempore singularem illam consuetudinem haberet; quidve facturus esset, si occasionem eam exercendi, post Praeceptoratum scilicet finitum destitueretur?

Resp. Necessitas sanitati meae, hunc in modum consulendi, jam inde a Festo Epiphaniae obtinet, cum scilicet tristis illa rerum mearum conversio contigit (intellexit autem per hoc degradationem sui occasione censurae anni superioris factam). Ubi Studiosus non ero, aliter mihi pro ratione circumstantiarum, et loci, consulam. Post hoc Sessio soluta est.

*Die 18<sup>a</sup> Decembris, continuata est Investigatio, Praesentibus iisdem, qui hesterni die ei adfuerant; exceptis D. D. Samuele Nagy, et Gabriele Nagy, Juratis, tunc jam in Legationem profectis.*

1<sup>o</sup> Clarissimus D. Gabriel Szilágyi retulit, se ubi hesterni die audivisset, Michaëlem Csokonai, vestitu brevi, eoque Studiosis prohibito, et in Collegio, et extra Collegium obambulasse, et quibusdam ex Condiscipulis aperuisse, se amplius, nec Studiosum, nec Praeceptorem esse velle; circa horam vespertinam sextam, dictum Mich. Csokonai in Domum Coetus vocari curasse, atque ex eo interrogasse, num crastina die Classem suam intraturus esset? eum vero regessisse; se cras hora 8<sup>a</sup> in Classe compariturum non esse; eo magis, quod scriptum quoddam V. Deputationi parere vellet; tum vero Clarissimum D. Professorem eidem declarasse, se eum in finem id scire velle, ut si memoratus Michaël Csokonai in Classe comparare nollet; pro ratione officii sui, alium ex Ordinariis Substitutis in Classem mitteret; quod et fecit praesente Michaële Csokonai idem Cl. D. Professor, Dno Paulo Komáromi injungendo, ut sequenti die in Classe Poëtarum Officio Praeceptoris Ordinarii, qui se lectioni non interfuturum esse declaravisset, fungeretur.

2<sup>o</sup> Suplex Libellus Michaëlis Csokonai lectus est sequens:

Admodum reverenda Consistorialis Deputatio! Ut meo me officio Venerabile Consistorium, Ecclesia et Curatoratus, clementer liberare dignentur, id me petiturum triplici declaratione (utpote 1<sup>a</sup> die 7<sup>a</sup> Xbris Humanissimo Domino Contrascriba 2<sup>a</sup> die 13<sup>a</sup> Xbris, Clarissimo Domino Professori Stephano Kotsi, 3<sup>a</sup> die 15<sup>a</sup> hujusdem, Plurimum Reverendo Domino Superintendenti, adjecto ad offerendum, et insinuandum V. Consistorio libello supplici praestita) promisi, et sponendi. Rationes moventes, impellentes, et rapientes, breviter in adnexis supplicibus litteris enumerantur. Nunc vero humillime, et debita veneratione, obsecrationeque flebili, coram Veneranda Deputatione supplico, ut praefata resignatione non obstante, meam mihi Caam, sub Paterna Vestra Inspectione, et Directione, ulterius quoque continuare liceat; quae ut prudenti Vestro, benignoque examine, tota publice discutiatur, non propriae utilitatis, aut pecuniae, aut fortunae; nec alienae ignominiae, aut faciendae existimationis, et auctoritatis jacturae studium; sed veritatis, aut pro me, aut contra me pugnaturae ratio induxit. Cum vero et ingens animi perturbatio, quam vel solam vix tolerare valeo, et circumstantiarum mearum, quibus circumseptus sum, ratio Classi meae vacare prohibeant: ideo ut V. Deputatio, hominem vice mei, idoneum, pro illo temporis spatio, denominare dignetur, peto perquam humillime. Secus etiam vestes longas jam exui; nec nisi ad dandum Venerando Vestro conspectui, debitum honorem, cras iisdem indui cupio, omni enim vita, et re Scholastica mihi interdicti velim; donec aut tuto in portu, manuum Vestrarum auxilio, navigare datum

fuerit, aut necesse habuerim, fracto inter tumentes Aeoli iras navigio, superstites e jactura fortunarum, tabulas aliena circum littora deportare. — Caeterum Deus est potens, Deus est sapiens, Deus est in immensum bonus; providebit. Patria est Mater optima; filium suscipiet. Bonis viris nusquam terra caret; adjuvabunt. Studium, quod inde ab ineunte aetate, ad hunc diem per 21 annos fovi, et exercui, multis me ut hactenus, ita olim magis, magisque commendabit. Ipse, superent modo mihi vires, dabo operam, ut dulcissimae meae Patriae, Popularibusque meis, exiguam hanc, quo animus calet, vitalis lucis scintillam, eorumque commodo, si Diis placet, atque ornamento, resolvam in cinerem, a pia olim posteritate lacrimis humectandum.

Ero in posterum etiam, qui fui  
Vobis  
Patres benignissimi, colendissimi

addictissimus cliens

Michaël Csokonai

Poëtarum praeceptor.

Post lectum hunc Michaëlis Csokonai supplicem libellum; ipse in Sedem citatus, de iis, quae in Literis suis supplicatoriis exposuit examinatus est. Nimirum.

Quaerebatur 1<sup>o</sup> An posteaquam vestem longam exuisset, se pro Studioso haberet, aut haberi vellet?

Resp. Ego decisionem ejus rei exspecto a V. Deputatione, et simul supplico, ut ab officio Praeceptoris Publici suspendar, quo tamen non obstante, Caeae meae investigationem continuari, humillime peto.

Quaerebatur 2<sup>o</sup> Quare veste longa deposita, talem induisset, quae Studiosis, ne quidem vestitu brevi incedentibus permittatur?

Resp. Quamprimum inquit heri, e conspectu Sedis Scholasticae dimissus sum, supplices statim literas, V. Deputationi submitendas paravi, cumque in iis voluntatem meam, et Praeceptoratui Publico, et vitae Scholasticae ad tempus valedicendi, declaravissem; idque eo consilio, ne contra Cl. D. ClassiumInspectorem, qua Praeceptor, et qua Studiosus accusationem meam exhiberem, vestes talares, quas si exitus Investigationis mihi faveret resumere possem, sin minus, secus etiam deponere juberer, exuere me posse existimavi, eo magis, quod rem non esse sine exemplo viderem; cum D. etiam Stephanus Márton, in simili fere Caussa idem omnino fecisset.

Cum ad exemplum, a facto Dni Stephani Márton petitum, a quibusdam Sedis Scholasticae membris observatum fuisset, Dominum Márton, vestes talares, non prius, quam eliminatus fuisset, exuisse; Michaël Csokonai respondit; communis ergo opinio, et falsae aliorum narrationes, hac in re deceperunt.

Quaerebatur 3<sup>o</sup> An ergo a petitione illa, qua Caam-suam, qua non Studiosi Caam agi postulaverat, recedere vellet?

Resp. Faciam inquit, quod V. Deputatio jusserit, aut svaserit.

Tum injunctum ei a V. Deputatione fuit, ut si Studiosus esse

vellet, vel investigatione hac durante, omnibus se Collegii Legibus conformare, officii duceret.

Quaerebatur 4<sup>o</sup> An interea, donec Caa haec ad liquidum perduceretur, in Classe sua comparere vellet?

Resp. Quum id tum propter criticum hunc, in quo sum statum, tum propter imminentes dies festos, ad quos me parare volo, facere non possim, ut alius loco mei substituat, humillime peto.

His finitis processit V. Deputatio ad investigationem hesterna die interruptam.

*Josephus Györi Naszályiensis Amorum 17. Poeta*, sequentem in modum examinatus est.

K. Mi az oka, hogy te sokszor vóltál estve a Poetica Classisban, holott tudod azt, hogy a' Tanulónak olyankor a' szállásán kell lenni?

F. Pretzeptor Uram hivatott fel.

K. Mit tsináltak Pretzeptoroddal a' Classisban, mikor ide fel vóltál?

F. A' minap verseket diktáltatott velem Rhédeinek, t. i. a' Hatvani Úr Epitafiumát. Tegnap előtt is itt háltunk Rhédeivel; 12 óráig beszélgettünk, akkor le feküdtünk; fel hivatott pedig magához estve hét órákor.

K. Miről beszélgettetek?

F. Komédiát akar Pretzeptor Uram tsinálni arról, 's a' személyekről beszélgettünk.

K. Hányszor vóltál ide fel?

F. Vóltam valami tizszer, vagy tizenkétszer.

K. Minn háltatok?

F. Ágyat hozatott Pretzeptor Uram az Ötsétől, vagy pg. a' magáét hozatta el.

K. Ki hált más ott rajtad kívül?

F. Rhédei László.

*Ladislau Rhédei Ötsödiensis Aor. 17. Poeta* fatebatur.

K. Hivatott é Pretzeptorod sokszor estve magához a' Klassisba?

F. Hivatott sokszor, néha pedig magamtól is fel jöttem.

K. Sokszor jöttél é fel?

F. Igen is, mivel tudtam a' természetét, hogy nem tud éjtzaka alunni. Sokszor későig vóltam véle, néha pedig ott is háltam.

K. Mivel töltöttétek az időt?

F. Néha ittunk, néha mikor offerálta Praeceptor Uram a' pipát, dohányoztunk, vólt néha bor is.

K. Szerettél é fel jönni, és nem volt é terhedre?

F. Szerettem.

K. Kik szoktak még estve feljönni, és a' Klassisban hálni?

F. Zsöldos Jakab is szokott.

K. Mikor lefeküdtetek; hová és mikép feküdtetek le?

F. Néha tsak a' székekre széllyel, néha pedig egy szélbe feküdtünk.

K. Hát Pretzeptorod hol hált?

F. Velünk egy szélben.

K. Hány órákor szoktatok lefekünni?

F. Tizenegy, tizenkét órákor.

*Jacobus Zsöldos, Köveskáliensis 16 Aorum Poeta*, interrogatus est.

K. Sokszor hivatott é Pretzeptorod estve magához a' Classisba?

F. Igen is priváta után hivatott, de vatsora után haza botsátott.

K. Ugyde az Eforus sokszor panaszkodott, hogy Vatsora után is jöttél fel?

F. Jöttem vagy kétszer, mert hivatott Pretzeptor Uram.

K. Hát mi ólta T. Szilágyi Uram megintett, ez előtt valami két héttel, hogy estve ne maradj Pretzeptorodnál; vóltál é ott az ólta?

F. Vatsora előtt vóltam, de vatsora után soha sem.

K. Mit szoktatok akkor tsinálni?

F. Nótát szokott velünk danoltatni Pretzeptor Uram!

K. Mitsoda Nótákat, vagynak é köztök énekek?

F. Vagynak, azok a' mellyeket Examenre tanúltunk.

K. Hát ez a Nóta: Én gyilkosa Gömböztnek közte van é?

F. Nintsen; nem tanította azt nekünk Pretzeptor Uram, nem is énekeltük soha másszor, hanem a' minap az erdőnn.

*Stephanus Mikolai Comaromiensis Aorum 17. Poeta:*

K. Szoktál é estve feljönni Pretzeptorodhoz a' Klassisba?

F. Igen is, mikor néha hivatott.

K. Miért szokott hivatni?

F. Engem egyébert nem hivatott, hanem flótázni, 's némely nótákat mutogattam ő Klmének, Clavikordiumra valókat.

K. Sokszor hivatott é már?

F. Hivatott tizszer, vagy tizenkétszer.

K. Soká vóltál é osztán ide fel?

F. Estve vóltam hat óráig, akkor haza mentem vatsorára, vatsora után ismét feljöttem, 9 óráig ittfen vóltam, de soha ide fel nem háltam.

K. Mikor Bachust eltemettétek, tovább vóltál 9 óránál?

F. Igen is, akkor 12 óráig vóltam, de másszor soha sem.

K. Terhedre vólt é ide fel lenni?

F. Nem vólt.

K. Boroztatok é ollyankor?

F. Ollyankor, mikor én itt vóltam, soha sem vólt bor.

Memorati Adolescentes, has ipsas fassiones, praesente Michaële Csokonai perlectas, pro suis agnoverunt.

Post haec D. Michaël Budai Juratus, retulit, Discipulum etiam suum Stephanum Halász, Poëtam, duabus vicibus in Classe Poetica pernoctasse.

Idem testatus est D. Joannes Karika Juratus, atque insuper addidit: Hospitem dicti Stephani Halász, coram se questum fuisse, de molestiis illis, quas ei, serus Stephani Halász e Classe Poetica reditus, iam aliquoties creasset; quique ad caedendum adeo Stephanum Halász, eum nonnunquam impulisset.

*Ephorus Keneseianus D. Franciscus Elek*, interrogatus de eo,

Num ex Alumnis Keneseianis, Poetae noctu in Collegio, manere solerent?

Respond. Jacobus Zsóldos, et Stephanus Mikolai, id non raro faciunt, nunc scilicet usque ad tempus coenae, mox ultra coenam, a Praeceptore ut ajunt vocati.

Quaerebatur: Pernoctaveruntne in Collegio?

Resp. Mikolai nunquam, verum Zsóldos frequenter.

Quaerebatur: An vero ab eo etiam tempore, quo a Cl. D. Gabriele Szilágyi, monitus fuit, ne id amplius faceret?

Resp. Non: semel quidem ex jussu Praeceptoris sui, post privatam Institutionem vocatus est in Classem Poëticam; verum ego severe eum monui, ne diu ibi maneret, quod et fecit, post quadrantem enim horae domum rediit.

9<sup>o</sup> Obiiciebatur Michaëli Csokonai: Eum horas Institutionis sine venia Cl. Classium Inspectoris, contra Instructionem expressam negligere solere?

Resp. Id feci, sed non nisi ab illo tempore, quo primum Reverendissimo Dno Superintendenti, propositum meum, et Officio, et Collegio valedicendi significavi, nempe a 7<sup>a</sup> Decembris, antea vero id me fecisse non recordor.

Quaerebatur: Atqui non semel observatus est, duobus, tribusque Discipulis adsumtis, tempore lectionis, ad silvam, vel campum exiisse?

Resp. Id me fecisse nego.

Tum D. Joannes Karika Juratus, praesente Michaële Csokonai, retulit, se mense Novembri, cum Studiosos de funere redeuntes comitaretur, Dnum Csokonai, cum Discipulo suo Retskio, per Plateam Pfia, ipso Institutionis tempore, exeuntem vidisse.

Ad quod Michaël Csokonai respondit; Id eo tempore, cum venia tamen Clarissimi D. Classium Inspectoris contigisse, cum et ipse, et omnes fere Discipuli sui, praesertim autem dictus Retski aegre valerent.

At C. D. Inspector, petita a se per Mich. Csokonai veniae, non recordabatur, professusque est, id etiam si contigisset, praeter morem, et consuetudinem suam Michaëlem Csokonai fecisse; addidit insuper, se quum Classes visitaret, Poëtas saepe absque Praeceptore solos deprehendisse.

10<sup>o</sup> Obiiciebatur Michaëli Csokonai: eum Sedis Scholasticae monitis non obtemperare, ut qui die 6. Dec. a Sede Scholastica admonitus est, ne Cultum Divinum negligeret, neve Discipulos suos in Classe post privatam Institutionem detineret, et ipse ibidem pernoctaret, id facere nondum intermisisset.

Resp. Jam ab eo inde tempore, propositum mihi fuit, Collegio valedicere id quod Hsso Csbae, in Libello autem Suplici ad Reverendissimum Dnum Superintendentem misso petii, et ab illo tempore responsum V. Consistorii exacto.

Posthaec Michaëli Csokonai dictum est, in locum ejus, donec Investigatio haec duraret, alium a Clarissimis Dnis Professoribus, ut ipse postulaverat, substituendum fore; atque ita Sessio soluta est.

*Praesentibus iisdem, qui d. 18 Dec. ante meridiem aderant, hora ejusdem diei 3. pomeridiana Investigatio continuata est; — Michaeli itaque Csokonai citato.*

11° Objiciebatur: Eum mores Discipulorum suorum corrumpere, copiam eis semet inebriandi, saltandi, et fumandi praebendo.

Resp. Nego; omnis illa saltatio, ex joco, et levitate puerili facta est, quam ego saepe ne observare quidem potui, aliis rebus intentus.

Tum dictum est, saltem nonnunquam Discipulos suos, vidisse, nec tamen eos, ne id facerent, monuisse.

Resp. Fateor id eos, in silva majori me non tantum praesente, sed et lusum talem ordinante fecissè; cum scilicet saltationem militum conductorum repraesentassent: Caeterum ubi res postulat gravitatem Praeceptorum dignam coram Discipulis meis observare novi.

Tum D. D. Georgius Fazekas, et Joannes Karika, Jurati retulerunt, se quum ante aliquot dies, circa vesperam clamorem, et strepitum magnum, in Domo 19 factum audivissent, domum hanc ingressos, Poëtam nomine Győri, saltantem, Dnum vo Csokonai vestitu rustico (Bunda) indutum in lecto quodam jacentem, deprehendisse.

D. vero Alexander Laki Juratus retulit, se hora 12<sup>a</sup> nocturna, cum in Classe Poëticam intraret, Poëtam quendam offendisse dicentem *Odébb B— a' lelkét*; idque ni falleretur, tunc contigisse, cum Michaël Csokonai una cum Discipulis suis exsequias Bachi celebraret. (Id est; et ipse potando, et Discipulis suis, Studiosisque copiam bibendi dando, adhibito etiam cantu, versibusque Hungaricis, qui in hanc occasionem compositi essent recitatis, vino valedicere vellet.)

Resp. Michaël Csokonai: Id non exsequiarum Bachi tempore contigit, verum alia occasione, cum np. Caupo in Bégány vinum Discipulis meis Cantoribus procurasset.

Interrogatus vero D. Csokonai, cur id permisisset, cum sic Discipuli ansam potandi nacti essent?

Resp. Fecisse id Cauponem, Poëtis duobus ad Domum suam vocatis; vinum vero septem medias non excessisse.

12° Objiciebatur: Michaëlem Csokonai, diebus et horis illicitis Discipulos suos, tibiis cantare jussisse.

Resp. In hoc me peccasse fateor.

13° Objiciebatur: Eum Scripto quodam Satyrico Cl. Professori Gabrieli Szilágyi illuisse.

*Scriptum est sequens.*

Psal. 39. v. 1, 2, 3, 4, 8, 9, 10, 11—14.

Clarissime Domine Professor!

Doluisti, ut ipse confessus es, te id fecisse, quod pridem molitus es, certe et ego dolui, doleo, et in perpetuum dolebo; plus dico, dolore illo penitus aegre valeo; sciunt quibuscum exinde loqui datum est. Ego ineptus sum, qui cum aliis loquar, tanto minus valeo pro viribus docere; ad quod faciendum Tuo ipsius judicio inhabilis existo, tanto magis, quod jam et alium increpare dignatus sis, ob Praeceptoratum haud susceptum; unde factum est, ut ego stolidus in casu necessitatis factus fuerim Deus, olim truncus, ficulnus, inutile lignum, cum sapientes alii in Collegio non fuerint; ego qui Legibus ejus semper contrafacio, Procere Scholasticos non honoro, eorum instituta, vile subjectum subvertere Gigantico ausu

laboro, e cursu meo, quo proprium genium sequebar retractus, conditione opima, privatus, ad lanienam reservatus, publicae contumeliae, sacroque Enthusiasmo devotus, immerens latro, nec in latronum societate ferendus, beneficiis omnibus indignus, vanus philosophaster; raro exemplo Poëtarum Praeceptor, et simul publice illudendus constituor. Lacrymas cohibet justus, altus et major dolor, quam flere permittat! Deum atque hominum fidem! Eum in finem duntaxat ego, fortuna mea privor, ut hic per annum, sine fructu, privato sumtu, serviam publico, lusus sum multis, et iocus ingratis, aegerrimo corpore asininos Classis labores, ideo tantum ferre cogor, ut laudis et utilitatis nihil, dolorum, indignationis et langvoris anno exacto, plurimum referam. Pro fatalem illum diem; quo me contentum, eiectum, odiosum invisumque caput, uno prandio vendendum praebui! Nunc victi, tristes, quoniam Fors omnia versat, tristem sustinemus notam. At ita cum iis agitur, quibus non omne placet, quod Somogyiana manus offert, apud alios etiam indigni omnibus beneficiis reputantur, qui tali flagitio Divinam ultionem lacescere non horrescunt. Lis mea 60 florenis aestimatur: civili foro, tot pro unius personae, quantumvis huic Athenaeo propter pecuniam utilissimae laesione, ridicula et ceparia non solvissem. Sed res est horrenda, et quam ante Bachum sepultum patrare ausus sum, post dimissos a me discipulos, et ab Jurato, Civitatenses hospites — sera scilicet nocte. Ego vero horum omnium veniam peto, sine satyra — nec excissa e libro quopiam schedula — gratias simul pro Paterno Tuo, quo nullus major esse possit, amore, cumulatissime in me indignum prodiga manu beneficiis, favoreque, cui totam felicitatem debeo: gratias inquam habeo dignas, ut reliqui Praeceptores fecerunt. Nunc vale, meque in posterum etiam amare perge. Sum celeberrimi Domini Professoris

Nunc postscriptis, fastuosum, et temerarium animum prodere nolui, ne his etiam Discipulos asvefaciam, prout ebrietate feci.

humillimus cliens

Michaël Csokonai.

Respondit ad hoc Michaël Csokonai: Scriptum illud meum esse agnosco, at id a me inter Maximas animi mei perturbationes profectum est. Fateor, me illud ad Cl. D. Professore, primum quidem transmittere cogitasse, sed postea a proposito illo penitus recessisse, ut qui scriptum illud in lecto meo absconderem, neque ab eo tempore unquam ejus meminisse.

Quaerebatur: Anne eum Franciscus Tóth Contubernalis suus, ne scriptum illud ad Cl. D. Professore transmitteret, monuisset?

Resp. Non memini; nisi quod dixerit; quid agis stulte, perpende quid agis? et quum intueri scriptum vellet, id manibus ejus eripui.

Interrogati Contubernales, quando, et ubi Michaël Csokonai scriptum illud composuisset, responderunt.

1° D. Csba, ubi et quando scripserit, nescio, sequentia tantum mihi nota sunt. Scriptum illud jam paratum in Domum 1. a D. Csokonai adlatum, ibique ab eodem tacite lectum, et ad mensam depositum esse.

Tum venisse Dnum Josephum Szikszai Juratum, scriptumque perlegisse, et perlectum in mensa reliquisse, postea id me etiam legisse, tandem vero die 13<sup>a</sup> Decembris, circa horam 6 vespertinam, ubi Cl. Gabriel Szilágyi coram me et Seniore, quibus injuriis a D. Csokonai in silva majori affectus esset, enarravisset, eidem Clarissimo Professore tradidi.

2<sup>o</sup> D. *Josephus Szikszai Juratus*. Locum, et tempus scripti illius exarati nescio; ea de quibus certo testari possum haec sunt. Die 7<sup>a</sup> Decembris, postquam die praecedenti D. Csokonai, degradatus fuisset, vidi eum in Domo 1<sup>a</sup> deambulantem, et non sine adfectibus Dno Csba narrantem, quam egregiam ille conditionem sibi oblatam, Poetarum Praeceptor constitutus dimiserit; interea schedulam dictam in Mensa complicatam animadverti, eamque aversa a D. Csokonai facie, ut eum quid facerem lateret, perlegi; adjuncta vero ei fuit alia quoque schedula, in qua a Cl. Rectore Stephano Kotsi, ut a Collegio abesse sibi liceret, petiit.

3<sup>o</sup> D. *Josephus Lukáts Juratus*. Die Solis, qui degradationem Dni Csokonai insequabatur, hora 7<sup>a</sup> vespertina, cum in Domo 1<sup>a</sup> essem, scriptum de quo sermo est, in Mensa Publica vidi, et legi. Ibidem illud diebus etiam Lunae, et Martis haesisse observavi.

4<sup>o</sup> D. *Joannes Zilahi, Inspector Famulorum*. Idem fassus est.

5<sup>o</sup> D. *Franciscus Tóth, Contubernalis Michaëlis Csokonai*. Die 7<sup>a</sup> Decembris inquit, vidi post Cultum Sacrum Dno Csokonai, Famulum Jos. Szokolai adstantem, per quem cum scriptum quoddam Clarisso Gabrieli Szilágyi mittere vellet, monui eum, ne insaniret; suspicatus enim sum, ut qui indolem D. Csokonai bene nossem, nihil boni scripto illo contineri; sequenti autem die, antequam ille surgeret, legi scriptum, sed eo non animadvertente.

*Josephus Szokolai Famulus Poëta*, interrogatus: Láttad é Vasárnap, mikor Csokonai Mihály Ur egy levelet irt, hol irta, mit irt, és vóltak é ott több Deákok?

Resp. Láttam, a 19<sup>ik</sup> Házban irt Templom alatt dél után, otthon vólt az Öttse, és Bakos Uram.

K. Mutatta é másnak az Irást?

F. Nem láttam, hogy mutatta vólna.

14<sup>o</sup> Obiiciebatur: Eum dictis factisque Clarissimo Professore Gabrieli Szilágyi illussisse, atque insultasse. *Casus fuit sequens*.

Die 13<sup>a</sup> Mensis currentis, post horam pomeridianam 3<sup>am</sup> una cum Cl. D. Stephano Kotsi ibat Cl. Gabriel Szilágyi deambulandi gratia ad silvam majorem. Ibi ante domum custodum, stantes, et fumantes offendeabant Michaëlem Csokonai, ejusque Discipulos numero viginti. Cl. Gabriel Szilágyi videns unum ex Poëtis, Michaëlem Ujhellyi se quoque praesente fumare, eum instrumentum fumatorium deponere jubebat, simulque ex Praeceptore quaerebat; cur suis Discipulis usum fumi permitteret? cum id vetitum sit. Ad haec ille, nescivi inquit hactenus id non esse licitum; Cl. Szilágyi vero regerebat; id scire ipsum debere, cum ipsi per Cl. Gabrielem Szilágyi et publice, et privatim injunctum fuerit, ne discipulos suos fumare permitteret, simulque dicebat, usum fumi, istius aetatis adolescentibus, in hac Schola non concedi. Hic Michaël Csokonai

audacter, et non sine cavillatione interrogabat ex Cl. Gabriele Szilágyi, sed quis possit determinare aetatem, in qua liceat, vel non liceat fumare? Ad quod Cl. D. Professor; Aetas inquiebat illa in Schola nostra est determinata, non est licitum apud nos fumare, illius aetatis adolescentibus, quam habent, omnes illi, qui Classibus inferioribus adscripti sunt. Csokonai Clarissimo Professore insultaturus, iterum dicebat; sed tamen vellem scire, quis posset aetatem illam determinare? His auditis cum videret Cl. Professor, hominem sibi, praesentibus discipulis suis, data opera insultare indignabundus ajebat: Domine Csokonai, absteineat a tam inconsideratis verbis; apparet ipsum esse immaturae aetatis hominem. Ubi haec verba protulisset Cl. Professor, Csokonai, qui eousque tectocapite, et fumans coram Clarissis Professoribus stabat, demto illico petaso, fumare desiit. Interrogatus a Cl. Szilágyi, cur non fumaret? regerebat; nec mihi est licitum fumare, sum enim immaturae aetatis homo, ut Cl. Professor dicere dignatus est; Cl. Professor monebat etiam eum, ut caput tegeret; ille vero, longe inquit inferior sum, quam ut coram tanto Viro tegerem. Interim, adstantes Poëtas, ut secederent in silvam, quum recreationis, et deambulandi causa, eo venerint monebat Cl. Professor, sed illi ne post repetitam quidem Cl. Professoris, monitionem, prius se loco movebant, quam Praeceptor haec verba, ore suo emisisset; ergo eatis. His ita gestis Cl. Professor in culinam custodum semet conferebat, idem etiam Csokonai faciebat. Id quod Cl. Professor animadvertens, ex ipso interrogabat, cur non sequeretur suos Discipulos? qui nunc sine inspectione in silva obambulant. Ad quod ille, nescio inquit qua in re consistat ista inspectio? Tum Cl. Professor, persuasus, hominem illum, semagis, magisque irritare velle; non sine commotione animi ipsi dicebat: Domine Csokonai! tu mihi manifeste insultas, abi, comitare tuos discipulos, nosti eos esse rixosos, et jam alias quoque, eos in hac silva inter se certasse, quin invicem quoque graviter vulnerasse. Sed ne sic quidem poterat Cl. Professor liberari ab insultatione importuni hominis. Dicebat enim se nescire, quid mali possent discipuli sui in silva patrare? Cl. Professor itaque pertaesus insultationum Michaëlis Csokonai, et plenus jam indignatione, haec verba protulit. Audi Domine Csokonai! Jam video, te nolle cessare mihi insultare, tu es homo nequam, et stolidus, non consideras relationem illam, quae inter me, et te intercedit, ego sum Professor, tu Studiosus, adeoque mihi subordinatus, abeas hinc statim, si enim mihi insultare non desinas, ante procurandam mihi publicam satisfactionem, sumam privatam, tibi alapas inpingam, atque foras te protrudam. Sed nec his comminationibus terrefactus est Csokonai, mansissetque ibidem ulterius etiam, nisi a Cl. D. Stephano Kotsi, ut abiret, iteratis vicibus monitus, et coactus fuisset. Nec sic tamen destitit Csokonai Cl. Professore insultare; nam post aliquot minuta, suos discipulos e silva revocatos coram Domo Custodum in circulo stare, et profanam hanc cantilenam cantare jussit: »Én gyikossa Gömböztnek, A' szép Jutka Persinek, Mind a kettőt én öltem, Setét sírba temettem. Már hát illik, hogy én is, Úgy hallyak meg mint ők is, Kigyók, békák, viperák, pokolbeli Fúriák, Kisérlyetek az Égbe, Jutka Persim ölébe.«

Hoc vero ipsum eo consilio fecisse, ut Cl. Professore insultaret, evidens est inde, quod domum reductus, coram Contubernalibus suis, hoc temerarium suum factum, eo excusavit, quod injuriam sibi per Cl. Professore illatam, aliter ulcisci nesciverit.

Ad haec per partes sibi perlectas respondit D. Csokonai. Fateor inquit, rem ita gestam fuisse prout exponitur in initio; at nego me audacter, et cum contumelia respondisse; nec verum est verba illa: *Vellem scire, quis posset aetatem illam determinare* me protulisse; dixi tantum; nescire me ad quotum aetatis annum restringatur licentia fumandi, nam ita nec mihi liceret fumare, quum in illa Classe, Discipuli me seniores, saltem mihi coaevi reperiantur.

Porro fassus est accusationis puncta usque ad verba *Caput tegetet*. Hic dicit, caput, visis Cl. Professoribus statim aperuisse, et fumare desiisse.

Ad verba *Longe sum inferior quam ut coram tanto viro* etc. Aliter haec dixi, up. hoc modo: Ego nolo tegere coram Cl. D. Professore, ego sum nocens, adeoque caput tegere non audeo, qui nunc quoque sum in Examine Judiciali.

Ad verba: *Ergo eatis*: haec verba ita protuli; ite ergo ad silvam, quum Cl. D. Inspector jubeat, et recreationis causa egressi sitis.

Ad verba: *Uterius quoque insullaturus* etc. respondit; non insultaturus, nec sponte, sed monente Cl. Dno Kotsi, ut Cl. D. Szilágyi deprecarer intravi.

Ad cantilenam: *Én gyilkosa Gömböztnek* etc. sibi objectam respondit: Factum concedo, intentionem nego; res ita se habuit.

Posteaquam Cl. D. Gabrielem Szilágyi placare minime possem, cum Dno Daniele Varga Studioso bienni, versus silvam profectus, offendi Discipulos meos, jam tunc me exspectantes eosque ut ad Cl. D. Inspectorem irent, eundemque cantu suo, quo Clarissimum Professore, non mediocriter delectari noveram, delinirent, monui. Tum etiam cantilenas, quas canere deberent nominavi sequentes, *Én gyilkosa Gömböztnek* etc. *Panaszaimat elegyes* etc. et alias.

Ad Quaestionem, An Postquam de silva rediisset, in Domo 3 dixerit, se cantilenam *Én gyilkosa* etc. eam ob rationem cantari jussisse, quod aliter vindictam de Cl. Professore sumere non potuerit?

Respondit Verba illa ita a me prolata esse nego, nihil enim Contubernalibus, de ratione cantilenae illius, quam Cl. D. Professore cantari jusseram, sciscitantibus respondi, quam haec verba: *Quid poteram aliud facere?*

Tum interrogati Contubernales responderunt: 1° D. Csba Josephus Lengyel. — Reprehensus inquit D. Csokonai ob cantilenam supra memoratam a Contubernalibus caeteris; si bene memini respondit; se nihil aliud agere potuisse, nec alium ultionis modum vidisse; hoc tamen posterius, plena cum certitudine affirmare ausus non est.

2° D. D. Joannes Zilahi, Franciscus Tóth, Paulus Sós, Josephus Tétsi et Josephus Szeles, nihil inquebant simile audivimus. At casum totum hilari cum vultu nobis enarrasse meminimus.

Tandem his finitis Cl. D. Stephanus Kotsi Rector, qui casui dicto in silva majori praesens aderat, retulit; sibi majorem rerum, quae tunc contigissent partem esse ignotam, ut qui cum Chirurgo, Stephano Szántai colloquium interea habuerit, horum tamen recordari; Michaëlem Csokonai, tecto capite coram Cl. D. Szilágyi, aliquamdiu fuisse, et de aetate pro licentia fumandi determinata, locutum fuisse.

Clausa tandem Sessione Cl. D. Gabriel Szilágyi coram V. Deputatione Consistoriali, Sede item Scholastica declaravit, se ut Judicatum in Caa Michaëlis Csokonai interesse jure suo posset; id intermittere debere; cum diurnam adeo fore investigationem minime ratus, ad sequentem diem Hadházinum se iturum, Rdo ejus loci Pastori, ante aliquot dies promississet.

*Die 19<sup>a</sup> Decembris 794. Praesentibus iisdem, qui huc usque aderant, et V. Deputationis, et Sedis Scholasticae, excepto Cl. D. Gabrieli Szilágyi membris, Sessio celebrata est.* In qua cum Michaël Csokonai, Juratum nullum, Judicem in Caa sua agere posse diceret, determinatum est: Dnum Csabam quidem, tamquam a quo quaedam accusationis puncta profecta essent; a Judicio abesse debere; at Juratis facultatem illam, ut praesentes essent competere; cum non partes accusatorum, sustinuissent; sed ad factam, de excessibus Michaëlis Csokonai relationem, ea quae sibi nota essent, et ad rem facerent, ex officio protulissent.

His ita actis, Sententia in eum lata est sequens!

Posteaquam investigatio, in causa Michaëlis Csokonai, Praeceptoris Poëtarum Publici, ea lege instituta fuit, ut et propria ejusdem responsa, in excusationem sui adlata, audirentur, et testium contra eum fassiones diligenter compararentur; apparuit: dictum Michaëlem Csokonai, in Caa quidem Somogyiana, et Királyiana culpa fere omni carere; at precibus Scholasticis, cultu item Sacro negligendis, discipulisque suis in Classe per noctem, aut totam, aut magnam ejus partem detinendis, eo gravius peccasse; quod excessus hos, post seriam Sedis Scholasticae admonitionem, ad d. 6. Decembris factam, non sine manifesto, et Legum, et Superiorum suorum contemtu, iteraverit.

Prodiit porro ex eadem Investigatione in lucem, eundem Michaëlem Csokonai, a Classe sua tempore Institutionis absque scitu et venia Cl. Inspectoris Classium saepius abfuisse, Collegio sine tessera, solitarium, crebris vicibus exiisse; Discipulos autem suos quosdam, horis, et diebus illicitis, ad cantandum in Classe tibiis adhibuisse; insuper Professore, et Inspectori suo, non tantum scripto quodam Satyrico injurium fuisse, sed et dictis, factisque, eidem ut hoc vel ex hilari, quo rem in Silva majori gestam Contubernalibus suis exposuerat vultu colligere licuit, insultavisse; ipsa denique Investigatione ad Caam ejus discutiendam ordinata durante, eo temeritatis processisse, ut non tantum absque venia Cl. Rectoris solitarius, sed et vestibus, per Leger Scholasticas expresse vetitis indutus, Collegio egrederetur. Quae cum omnia ejus sint generis, ut manifesto in labefactionem disciplinae, ad conservandum in societate hac literaria bonum ordinem adeo necessariae tendant; metuendumque sit, ne hanc unius, sive temeritatem, sive pervicaciam, plurium sequatur imprudentia:

communi tam Venerabilis Deputationis, quam Sedis Scholasticae consensu determinatum est: memoratum Michaëlem Csokonai, ab Officio Praeceptoris Poetarum Publici, amoveri; decem porro Juvenibus degradari; officium denique Cs. Professorem a se laesum, oratione ab omni sarcasmo immuni, Seniorique adeo praevis exhibenda, in conspectu Sedis Scholasticae proxime futurae deprecandi, mulctari. — Pro sententia hac, quam, cum pronunciata esset, lenem, et non sine favore conceptam agnoverat, gratias publice egit Mich. Csokonai.

Insertum Protocollo per Samuelem Jenei Collegii Seniore, et H. Sedis Scholasticae Notarium. mpr.

*Sessio XVII. Ordinaria habita est, d. Februarii 795.* Praesentibus Cl. D. Stephano Kotsi Rectore, Samuele Jenei Seniore, Jos. Lengyel Csba, Jos. Szikszai, Jos. Lukáts, Sam. Nagy, Steph. Nagy, Gabr. Nagy, Georg. Fazekas, Joan. Karika, Alex. Laki, Mich. Budai et Petro Már Juratis.

In hac Sessione primum quoque lectus Libellus Deprecatorius D. Michaëlis Csokonai, cui nuper a V. Deputatione Consistoriali, ac Sede Scholastica, in Sententia die 19 Dec. 794 in eum pronunciata, officium, Cl. Professorem Gabrielem Szilágyi a se laesum, hac ratione deprecandi, impositum fuerat: oratio ipsa, tamquam ab omni sarcasmo immunis, a Sede Scholastica aprobata, et per eundem Michaëlem Csokonai, Clarissimo D. Gabrieli Szilágyi transmissa fuit.

Deinde sequentes causae decisae sunt . . . etc.

*Sessio 8<sup>o</sup> habita est die 20 Junii 1795:* praesentibus C. C. D. D. Esaia Budai Rectore, Gabr. Szilágyi et Stephano S. Kotsi Professoribus, Josepho Lengyel Seniore, Josepho Szikszai Csba, Jos. Lukáts, Sam. Nagy, Steph. L. Nagy, Gabr. Nagy, Georg Fazekas, Mich. Budai, Petro Már, Steph. Szüts, Lad. Kutasi, Franc. Tóth, Benj. Szikszai.

In hac sessione de cumulatis *Michaelis Csokonai* excessibus deliberandum erat, sed deerat actioni reus, qui ut antea saepe fraudibus et arte, ita nunc fuga Leges Scholasticas eluserat.

Quare in causa ejusdem deliberatum est:

*Michaël Csokonai*, Studiosus antehac in annum octavum, ubi ob actus quosdam Legibus adversos neglectamque circa res sibi concreditas fidem in iudicium vocandus erat, non exspectato causae suae eventu, Collegio ita excessit, ut nec consilium, caussamque discedendi, nec locum in quem ire coeptabat suis superioribus aperuerit: verum die 15<sup>a</sup> Junii inopinus publico in loco apparuit, orationemque in qua se exagitatum abscedere hinc professus est, finitis precibus e suggestu inferiori majoris Auditorii recitavit. Erat ista oratio praeter morem sine exemplo, et contra scholae instituta sermone hungarico composita, de loco insolito, sono, gesticulationibus, qui protervam magis histrionem quam honeste valedicturum recitata; cuius insolentiam hoc quidem augebat quod eam nec C. C. D. D. Professoribus nec Scholae officialibus, quod ante hac ab honesto quovis et exspectabatur et praestabatur, indicaverit, vel ostenderit. Argumentum ipsum orationis, animum auctoris sublimia quaevis de se insolenter confidenter tamen somniantem, de indigna sua quam

in hac Schola habuit sorte querentem, studiorum quae hic traduntur, Legumque quibus hic vivitur contemptorem prodit.

Quod vitam scholasticam dicti Csokonai anteactam attinet, scientias quae hic doceri, discique ex praescripto debent pro sua is libidine vel delegit, vel contempsit, moresque suos, non ex scriptis huic Scholae Legibus, sed ex suo quod admodum phanaticum erat ingenio formavit. Quamvis vero qui Legibus societatis se non accommodat, indignus fit, qui commodis eius fruatur; naturales tamen quaedam eius animi dotes (ex quibus feliciores ipsi aliquando fructus sperandi erant, si non iis, plebeia aura captus, ad insolentem sui ostentationem monstrosamque sui ipsius admirationem abusus fuisset) id efficiebant, ut privatis ac publicis, iisque non vulgaribus beneficiis frueretur. Hinc anno adhuc 1794 honorato Praeceptoris Publici officio admotus, quamvis desidiose ut eius in agendo habitus erat, eam provinciam gereret, toleratus tamen est, dum ob corruptos discipulorum suorum mores, contentumque et illusionem Superiorum, ut ex Actis Sedis Schol. *ad d. 19 Decembr. 1794* videre est, eodem officio exsueretur. Proxime autem Halasini professo beneficio accipiendo profectus, non modo ad tempus statutum non rediit, verum moras, quarum occasionem ipse studiose quaerebat, Pestini, aliisque locis, non sine alumnorum Collegii opprobrio, nectendo, interjectum inter duo festa Paschatos et Pentecostes tempus, extra Collegium translegit.

Missis vero ad C. C. D. D. Professores supplicibus literis, sed ita sero, ut fraudes eius et mendacia ad emendandum novum beneficium conficta investigari nequiverint; res enim insolita antehac fuit et petitio, et indulgentia, aliam scilicet Ecclesiam, ex qua beneficium sumeret sibi absens, tamquam Legato impetravit. Inde rediens quamvis literis publico nomine ad ipsum datis ante monitus, ut literas testimoniales ab Ecclia Halasiensi, de eo qualem se ibidem praebuerit, ut et a medicinae Doctore de morbo, quo se laborasse scripserat (imo se inde jam a quin-quennio ad subterfugienda publica negotia laborare simulaverat) afferret; nihil tamen horum praestitit: quin et pecuniam publicam ei ab Ecclia Halasiensi commissam et in cassam alumnorum solvendam in proprios usus convertit, aegreque ut eam refunderet induci potuit. Post longas demum moras reversus, usus vestitu insolenti, et Studiosis prohibito, in Collegio apparuit. Dein ad rationem eorum, quae proxime egerat, vel neglexerat reddendam in conspectum Sedis Scholasticae citatus, diffidens caussae suae, post recitatam orationem scandalosam superius expositam, nullis Superioribus consciis, volentibus, consentientibus approbantibus, subito disparuit. Denique cum post emigrationem ex Schola a Sede Scholastica, ad decidendam eius caussam congregata, ad respondendum citaretur, se, quia id a proposito suo alienum esset compariturum expresse negavit.

Hinc cum locus, ubi is hos excessus patraverat talis sit, in quo Juvenes disciplina contineri necessum est: proclives vero nonnullorum, imprimis eiusdem familiarium, qui satis jam noscuntur esse animos compertum est, ut ex eius impunitate exemplum et licentiam similia audenti sumerent; ad auctoritatem Legum Scholasticarum vindicandam haec in eum conformi Sedis Scholasticae suffragio sententia lata est: ut quia

1<sup>o</sup> se Officio Studiosi exuebat, etiam jure omni Studiosi, non jam sua voluntate, sed ex decretis Sedis Scholasticae exuatur, et proscribatur.

2<sup>o</sup> Nullas umquam literas testimoniales, vel commendatorias ex hoc Collegio impetret. Et

3<sup>o</sup> quia metuitur, ne eius opinionum contagione latius serpente disciplinae auctoritas apud plures pessum eat, arceatur ab ingressu in Collegium, omnisque cum eodem societas et conversatio Studiosis interdicitur. Denique

4<sup>o</sup> Ut hoc deliberatum publice Studiosis coram domo coetus promulgetur, addito eo praecepto, ut si quis dehinc abiturus valedicere publice velit, orationem suam Primoribus Collegii inspiciendam in antecessum porrigere teneatur.

Post latam hanc sententiam novum crimen ad eius excessus accesserat. Nam Primores Ecclae Ketskemétiensis Florenos Ahenenses septuaginta duo eidem Csokonai Ketskemétini esse traditos ad C. C. D. D. Professores scripserunt, in sustentationem alumnorum destinatos. At is illam summam non modo quo debebat non administravit, verum ita apud se occuluit, vel Pestini alibique dissipavit et prodegit, ut ne verbum quidem cuiquam de eo locutus sit: quo facto praeterquam quod fidei singulorum studiosorum quae apud extraneos integra adhuc habebatur multum derogavit; turpis etiam quin et sacrilegi furti reum se fecit.

Közli: DR. CSÜRÖS FERENCZ.

## BÁRÓ WESSELÉNYI MIKLÓSNÉ KLASTROMI FÖLJEGYZÉSEI.

Kemény Zsigmond azt írta a két Wesselényi Miklósról szóló tanulmányában, hogy az idősebb Wesselényi a szebeni zárdá falai közül elragadván egy növendéket, azt nőül vette. Kemény tekintélye alapján mások is hitelt adtak ennek a különben közszájon élő kis történetnek s az vándorolt kézzől-kézre, könyvből könyvbe. Szilágyi Ferencz az idősebb Wesselényi Miklós életrajzában, Récsy Viktor a Wesselényitől fordított Collin-féle *M. A. Regulus* című színdarab előszavában megczáfolták ez elbeszélést, okmányokkal bizonyították valótlanágát, de azért mégis belekerült br. Wesselényi Miklós legújabb életrajzába, dr. Kardos Samu munkájába is, tanúbizonyosságul szolgálván annak, hogy Kardos nem olvasta el még a Wesselényiekről szóló legismeretesebb munkákat sem.

Szilágyi Ferencz is, Récsy Viktor is megállapították, hogy a szebeni zárdából való leányszöktetés mese. Cserey Ilona szülei nemcsak nem ellenezték e házasságot, de azt tőlük telhetőleg előmozdították. Cserey Ilona megfordult a szebeni zárdában, de akkor már Wesselényi Miklós felesége volt s azért vitték oda, hogy hat heti oktatásban részesítsék protestáns vallásra való áttérése előtt. Ezen hat hét alatt — rendes szokásához híven — naponta tett egy-két sornyi följegyzést a magával hozott kis naptár: a Hochmeister Mártonnál, Szebenben nyomtatott s

1783-ra szóló *Új és Ó-Kalendarium* üres lapjaira. E följegyzések szerint nem lehetett valami rossz dolga a zárdában. Kijárt ismerőseihez, az urához; időközben le is festette magát, sőt még színházban is volt.

Eme följegyzéseket tartalmazó könyvecskét pár éve *br. Wesselényi Miklós* görcsöni könyvtárában láttam, azóta vagy Kolozsvárra került a családi levéltárral, vagy Zilahra a kollégium gyűjteményébe az odaajándékozott könyvtárral. — Kardos Samu évekkal ezelőtt megfordult Görcsönben, azóta állítólag kutatott a kolozsvári levéltárban s a zilahi kollégium gyűjteményében is: különös, hogy ez a kis könyv elkerülte a figyelmét. Az pedig, hogy a nyomtatott munkák kétségbe sem vonható bizonyításai ellenében még mindig valóságnak tartja a leányszöktetés meséjét, sőt azt részletezve, kiszínezve tálalja fel olvasóinak: valóban csudálatos.

A Cserey Ilona szebeni följegyzései különben szóról-szóra itt következnek:

(Január) 7 = Jelentetem hogy a klostomba be megyek. De akkor nem mendem.

8 = be mendem Banffinéval.

9 B. Banffine hallni ki mend es be nem botsotak.

10 ebet utan sedalni mendem. tsak regel instructio.

11 regel estve instrualtatam.

12 regel instrualtatam. ebeten nem mivel B. Barconal voltam.

13 regel és tellben instrualta.

14 regel instrualtatom.

15 regel es estve instrualtatom.

16 regel instrualt. ebeten Kendefinél voltam.

17 regel estve tanultam.

18 regel estve instructio, ebeten asz urammal voltam.

19 se regel, se estve nem jött instrualni.

20 regel nem de estve instrualt, de haragoson elment.

21 regel nem akartam estve instrualt.

22 regel instrualt, ebet G. Eszterhazinal.

23 regel instrualt, ebet G. Teleki Samuel.

24 regel s Estve instrualtatom.

25 regel s Estve instrualtatom.

26 regel instrualtatom. Ebeten Baro Barco. estve Comedian.

27 regel instrualt. ebet a gouvernat.

28—29 regel s Estve instrualtatom.

30 regel s Estve instructio. Estve a Comedian voltam.

31 regel s Estve instrualtatom.

(Február) 1 regel Estve Instrualni.

2 regel instrualni Ebet Barco.

3 regel, Estve instrualtatom.

4 regel, Estve instructio tell utan sedalni voltam.

5 regel Estve instrualtatom.

6 regel Instrualt Ebet G: T: Karoly.

7 regel estve instrualtatom.

- 8 regel s Estve instrualtatom. ebet utan instructio előtt a szallason a kepirónál voltam.  
 9 regel instrualt. Ebet G: T: Samuel.  
 10 regel Estve instrualtatom.  
 11 regel, Estve instrualt. regel Kerd. Ebet utan a kép ironal.  
 12—15 regel Estve instrualtatom.  
 16 regel instr. Ebet G: T: Samuel.  
 17 regel Estve instructio.  
 18 regel estve instrualt, ebet utani Instructio utan ell Butsuszot.  
 19 = regel 10 orakor ki jöttem a klastrombol. Ebet Banfi Farkas.  
 20 Ebet Kendefinel es odan Baro Banffi Farkas által adta a Püspökdől supscripalt Testimoniumat a hatt heti ki allatt Instructoriol.

Közli: FRIEDREICH ISTVÁN.

### 1794-IKI ISKOLADRÁMA A MAROSVÁSÁRHELYI KOLLÉGIUMBAN.

A marosvásárhelyi kollégiumban előadott iskoladrámákról irodalomtörténetünk sokáig nem tudott többet, mint hogy a prot. iskolának ez az általánosan kultivált irodalmi kedvtelése Marosvásárhelyen is divatozott. Mindaddig, a míg nem ismertük a Bernáth Lajos által felfedezett »Komédia és Tragédiát« 1777-ből, egyedüli, bár hiányos forrásunk Fogarasi Sámuel pótsfalvi lelkész, volt vásárhelyi tanuló naplója volt. (Részben közölve Ferenczinél, Kolozsvári szin. tört.) Az ő emlékezéseiből ismerjük a vásárhelyi tanuló ifjuság előadásainak színhelyét (a mai Czigánymező, később a kollégium udvara) látogatottságát stb., de mi a legfontosabb és legérdekesebb volna, elhallgatja az előadott darabok címzeit és szerzőiket. Azt nem felejtí elbeszélni, hogy az ifjuság darabjaiban kigúnyolta a királyi táblát, a miért 1780-ban hivatalosan betiltották az iskoladrámát s a tilalmat csak 1792-ben<sup>1</sup> vonták vissza a kollégium több főrangú növendékének kérésére. 1792-től aztán zavartalanul folytathatták az előadást 1794. júliusáig. Fogarasi szerint ekkor játszott utoljára az ifjuság. (?)

Körülbelül ennyire terjed a pótsfalvi tiszteletes emlékezése, a mit egyéb hiányában alapul vettek ismeretes fejtegetéseikhez Bernáth Lajos (Prot. iskolai drámák. Prot. Szemle 1902—03.) és Ferenci Zoltán (Kolozsvári szin. tört.).

Fogarasi feljegyzéseit érdekesen egészíti ki egy egykorú névtelen diáriuma, mely nemrégiben került tulajdonomba *Vass István* úr szíves-

<sup>1</sup> Ez évből írja a M. Kurir: »Marosvásárhelyen ismét játszódni kezdett az ifjuság.« Csakhogy a Kurir szerint az előadások Kovásznai S. tanár halála miatt szüneteltek.

ségéből.<sup>1</sup> A diárium egy Hochmeister-féle 1794-iki kalendárium üres lapjaira íródott, nap-nap után sorolva fel az esztendő érdemesebb eseményeit. Közérdekű dolgoknak — pl. az Erdélyi Nyelvmívelő Társaság gyűlései, Katonafogdosás stb. — mindig hű leírása, magántermészetű feljegyzések váltogatják egymást a diáriumban, melyek írójáról csak sejteni lehet, hogy valószínűleg református egyházi ember volt. Itt olvassuk 1794 november 20-ról a következőket: »20-a eljátszodatott a kollégiumban a Gályarab, vagy Újmódi gonosztevő nevű tragédia.«

Megdől tehát Fogarasinak s utána irodalomtörténetíróinknak állítása, hogy az utolsó előadások 1794 júliusában voltak,<sup>2</sup> mert a diárium tanúsága szerint novemberben is játszott az ifjuság. Sőt a novemberi előadásokról sem tudhatjuk, utolsók voltak-e?

A mi azonban sokkal fontosabb, ismerünk legalább egyet az előadott darabok közül, a Gályarab v. Újmódi gonosztevőt, melynek francia eredetijét Falbaire Fenouilot írta s melyet ketten is átültettek magyarra. Az egyik fordító br. Vesselényi Zsuzsánna,<sup>3</sup> a más Aranka György,<sup>4</sup> az Erdélyi Nyelvmívelő Társaság lelkes alapítója, ez időben (1794) marosvásárhelyi törvényszéki bíró. Az Aranka fordítását említi Mérey »Magyar játékszini daraboknak Lajstroma« 1796-ból, s a Gályarab öt előadásán is, melyet 1793-ban és 1794-ben játszottak a pesti színészek, hihetőleg az ő magyarságának köntösében ismerte meg közönségünk F. Fenouilot drámáját. Ez a véleményünk a vásárhelyi előadásról is. Aranka vásárhelyi tartózkodása, a kollégium tanáraival való gyakori érintkezései elfogadhatóvá teszik a feltevést, hogy a diárium által említett előadáson az ő fordítása lépett az iskolai drámák tisztes örökébe. Hiszen ő írta Rajzolataiban (1791) saját magukról: »Egy játszó színnek közönséges kinyitása jöllehet most elsőleg a (Nyelvmívelő) társaság foglalatosságának tárgya nem lehet, kötelessége leszen azt szem elől el nem tévesztetni,« s a mit írásaiban hirdetett, bizonyára munkált is annak megvalósításán. Ha egyébként nem, legalább az ifjuság játszókedvének élesztésével, előadásra alkalmas darabok nyújtásával. De a kollégiumi ifjuság lokál-patriotizmusáról se tehetjük fel, hogy ne ismerték volna a helyi Nyelvmívelő Társaság fejének munkáját, s hogy azt ismerve, mégis a Vesselényi Zsuzsánna fordításához folyamodtak volna.

Valószínű tehát, hogy az Aranka György fordítása, illetve fordításának előadása volt az utolsó vásárhelyi iskoladráma.

SZÁSZ BÉLA.

<sup>1</sup> V. ö. Szász Béla »Marosvásárhely irodalmi multjából«. »Székelység« 200—201. sz.

<sup>2</sup> Fogarasi tévedésének valószínűleg az az oka, hogy 1794 júliusán túl már nem volt a vásárhelyi kollégiumban s így nem is tudhatott az ott törtétekről.

<sup>3</sup> 1785, Kolozsvár.

<sup>4</sup> 1791, Bécs.